

*G. 8. num. 35.*

*1764, 1*

*6*

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS  
DE

*B. 27*  
**CIRCA PROBATIONEM  
PER TESTES  
IVRE STATV TARIO  
LV BECENSI  
IVSTVM EST**

QVAM  
ILLVSTRIS IVRISCONSULTORVM ORDINIS  
CONSENSV

PRO  
SVMMIS IN IVRE HONORIBVS  
RITE IMPETRANDIS  
IN AUDITORIO SOLENNI  
D. MAII CICIOCCCLXIV.  
PVBlico PROCERVM ACADEMIAE  
EXAMINI SVBIICIT

**GOTTLOB HERMANN  
FVRSTENAV**

LV BECENSIS.

*GISSAE,*  
APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN.



RGAD  
PROBATIONEM  
TERRAM  
TARSTATI  
FABEGNSI  
LUSIN EST

TRANSIRIS IN RIBO AVSTRIA  
CREDENS

QVAMIS ENIKA E HONORIBUS  
KUTIMPETANOS  
AVTOMO TOTUM  
KUTIMI CREDENS

ИКАМЯН ПОЛГО  
ВАНДЕСЯ

БЕЗДАЧНОСТЬЮ  
БЕЗДАЧНОСТЬЮ



LIBERAE CAESAREAE  
SACRIS ROMANI IMPERII VRBIS  
AC REIPUBLICAE LVBECKENSIS SENATVI  
PERILLVSTRIEVS MAGNIFICIS  
GENEROSISSIMIS PRUDENTISSLIMIS  
AMPLISSLIMIS

D O M I N I S  
DNN. CONSVLIBVS  
DNN. SYNDICIS  
DNN. SENATORIBVS  
DN. PROTONOTARIO  
DNN. SECRETARIIS  
PATRIA E PATRIBVS  
MAECENATIBVS INDVLGENTISSLIMIS  
DOMINIS FAVTORIBVS SVIS  
GRATIOSISSIMIS

HANC DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM  
INTER ARDENTISSIMA  
AC REIPUBLICAE LAELOCENS SENATI  
PERILLVSTRATI PRO  
**TANTORVM VIRORVM**  
LONGAEVA INCOLVMITATE  
VOTA  
VENERABVNDVS  
OFFERT  
PROTONOTARIO  
SECRARII  
TATIAT  
MAGNITIBVS INDIGENTIBVS  
DOMINICVS AVCTOR  
GOTTLOB HERMANN FVRSTENAV




## INSTITVTI RATIO.

VAMVIS de probationum materia multa a Doctoribus tam in compendiis ac systematibus, quam in singulis speciminiis prodita sint: tamen minime satis illa iamiam exhausta esse, nec vñquam satis de illa dici posse, mihi videtur. Probatio enim, tanquam anima processus, Iudici facilem & apertam iudicandi viam reddit & omnem rei, de qua litigatur, certitudinem suppeditat, efficitque, vt vera accusatoris actoris allegatio, nulla plane in Iudicio probatio-

A

batio-



batione suffulta, quam latissime pateat. De utilitate huius doctrinae conuictus, operaे pretium esse estimati, si specimen inaugurale proferre iussus, huius argumenti caput quoddam ad meditationem meam seponerem. Nam omnia probationum genera atque modi vna dissertatione comprehendi minime possunt. Quare de illa agere apud me constitui argumentatione quae per testes formatur. Etsi nulla in foro saepius adhibetur, nec vlla frequentior sit, tamen quotidie intuitu huius probandi modi controversiae enascuntur. Omnes autem inde enatas controversias non disquiram, sed tantum respiciam & ad Germanorum & praecipue ad Lubecenium morum placita, nec repetam iterum ea omnia ab aliis dicta scriptaque, quae, si quis vno obtutu inspicere insimulque quid romano, quid canonico, quid germanico Iure in argumento probationis per testes iustum est, percipere cupit, ostendit Hammer in diff. de eo, quod Iure canonico, ciuili romano ac praecipue germanico tum antiquo tum hodierno circa probationes generatim & in specie circa probationes per testes iustum est.

§. I.



§. I.



ROBATIONEM per testes iam antiquissimis Legibus & romanis & praesertim germanicis fundatam esse inter omnes constat: quippe quum & maxime naturalis sit & ad omnes causas dubias decidendas accommodata, aliisque probationum generibus praferenda. Nostrates enim semper eiusmodi probationem laudarunt, quae neque presumptione, neque longa syllogismorum serie absoluebatur, sed quae in sensus incidebat (*einen leiblichen Beweß.*) Quare imprimis ocularem inspectionem

tan-



tanquam optimum probandi remedium amplexi sunt:  
 Secundum illam paroemiam ab Hertio & Eisenhardtio  
 scite belleque expositam, *Augenschein ist aller Welt*  
*Zeugniß.* Qua deficiente, vel testibus vel instru-  
 mentis, eadem vi gaudentibus, vtebantur, & Iusiu-  
 randum reliquarum probationum veluti supplemen-  
 tum, aut, si mauis, subsidium erat, neque locum  
 habebat, quamdui vel testibus vel instrumentis the-  
 ma probandum probari posset. conf. Heinecc. in *Iu-*  
*re german.* L. 3. §. 214. Quae quidem omnia vetu-  
 stissimae praxi adeo probata sunt, vt non opus sit,  
 plura de hac re adiicere. Nec vero illis, sed etiam  
 his temporibus huius probationis usum frequentissi-  
 mum esse quotidie videmus. Quare, virum Ius  
 Lubecense hancce probationis speciem agnoscat, nec  
 ne? vltierius disquirere eo magis superfluum foret,  
 quo certius ipse fori usus illam satis superque corro-  
 borat.

### §. II.

FINIS autem probationis est, vt Iudici de veritate  
 facti dubii legitimo modo fides fiat. Quod quidem ne-  
 gotium dupli modo aut artificiali, aut inartificiali ab-  
 solui, proindeque probationem vel *artificialen* vel *inar-*  
*tificialen* existere nouimus: non minus, quam quod  
 illam ipsa causae natura, circumstantiae atque argu-  
 menta luris suppeditent; hanc vero aut testes, aut  
 instru-



instrumenta, aut denique iuramentum perficiant. De illa inartificiali probationis specie, quae fide testium omni exceptione maiorum absolvitur, proferam quaedam, quae de Iure patrio depromi possunt, & ita praecipue orationem instituam, ut characteres illi quodammodo designentur, quibus instructos esse oportet, qui Iure nostro testis fide digni omni exceptione maiores putandi sunt. Imprimis vero in diiudicandis eorum qualitatibus semper considerandum est, vtrum veritatem possint velintque perhibere, nec ne? Nam testes in Iudicio nullam aliam ob causam, quam ad fidem rei dubiae confirmandam adhibentur. C. 11. X. de test. Hoc supposito fundamento rem ipsam aggredi, eamque uberiorius expondere placet.

### §. IIII.

ITAQUE notandum erit, Iure Germanico tam vniuersali quam patro Lubecensi praecipuum testimoniū requisitum esse die Unbescholtēheit i. e. ut vitae ac famae integri sint: art. 4. L. 5. t. 7: *Zeugen sollen ehrliche und unbeschuldene Leute seyn*, adeoque recedere Leges nostras a placitis Romanorum, quos quidem & homines iuris infamia laborantes a testimonio dicendo non simpliciter arcuisse ex L. 13. ff. de test. in aprico est. Non solum vero Iure nostro, sed etiam omnibus Germanorum LLbus atque Statutis, ho-

B

mines



mines vitae ac famae non puri ad ferendum testimonium nunquam admissi sunt. conf. *Polac System. Iurispr. Germ. antiqu.* L. 4. c. 9. *Heinecc. Iur. Germ.* L. 3. §. 190. Interim quamuis & hodie testes integra vita ac fama praeditos requiramus; tamen testes, ea dote destituti, non simpliciter a testimonio excluduntur, sed potius ita eorum attestatis vtimur, vt, quae illorum fidei & ponderi desunt, alio quodam remedio supplere curemus. Qui vero grauiter suspecti & veritatem plane exponere nolle praesumuntur, sine vlla distinctione reiiciuntur, imo a Iudice, aduersa etiam parte non petente, ex officio possunt repelliri conf. *Carpzov in Process. art. 5. t. 13. 46. Reichel de genuina ratione arbitrii Iudicis circa testimonia maxime si veritas aliter haberi nequit* §. 25. Quo maior ergo suspicio contra testem militat, eo maior oritur praesumptio, eum veritatem facti dubii non esse dicturum. Occurrit hinc quaestio disquisitione dignissima: an nempe criminosi ad testificandum plane non admittantur; an ne potius eorum attestatis quaedam fides tribuenda sit? Quamquam, ob graues suspiciones contra eiusmodi personas militantes, fides a Doctoribus illis denegatur, discrimen tamen Legum & Iuris canonici & ciuilis obseruari solet. Nam Iure canonico criminosi pendente accusatione criminis non admittantur, C. fin. X. de *test.* Iure autem ciuali idem in criminalibus obtinet; in ciuibibus vero sola accusatio nemini-



neminem a testimonio excludit, sed condemnatio accedere debet. L. 3. §.5. ff. de *test.* At hoc discrimen, quod Leges inter causas ciuiles & criminales constituant, parum hodie in iudicando attendi animaduerit *Leyser* sp. 283. m. 31. 32. Quare primo spectandum omnino est, an testis criminosis enoribus flagitiis pluribusue facinoribus se contaminarit ac fidem suam quasi publice perdiderit, deinde utrum delictum a teste semel commissum cum periurio coniunctum sit. In quibus casibus testes criminosi omnino repellendi sunt, quia tunc vero simile est, eos peieraturos esse. Semel enim periurus & mendax, semper periurus & mendax praesumitur. Si autem homines criminis suspecti alias integrum & inculpatam vitam degerunt, nec vnuquam periurium commiserunt, nulla apparet ratio, cur a testimonio simpliciter arceri possint. Minime vero a testimonio repelluntur, si crima iis obiciuntur, quibus nondum sunt accusati. Quo quidem casu probatio illorum criminum exhibenda est, antequam per sententiam Iudicis a testimonio remouentur. Quamobrem testes criminosi ad testificandum admittendi sunt, nisi semel peierauerint, aut de crimine iamiam accusati. Atque ita etiam Iurisconsulti Kiloniensis in causa der Bürgere Paul Plaetzky contra die verwitwete Lieutenantin Schenecken, auch Agneta und Helena Geschwister Sorgen in puncto boeser Verführung principaliter, modo



exceptionis contra personas testium, responderunt:  
Daß nunmehr mit Abhoerung der vorgeschlagenen Zeugen zu verfahren.

#### §. IV.

PROGREDIOR ad aliam quaestionem, quae etiam non raro inter DD. lites excitauit. Certatur nempe, utrum a testibus necessario requiratur, ut sint rerum immobilium possessione praediti. Quod si autem eorum, qui hoc in omnibus testibus requirunt rationes, ponderamus, nullum adest idoneum argumentum, quod pauperes atque bonorum inopes hodie simpliciter remouendos esse suadeat. Omnes enim isti ad testimonia praebenda habiles putandi, qui neque per fordidum vitae genus fama destituti, neque alio modo suspecti sunt, & veritatem dicere possunt pariter ac volunt. Immo saepius per attestata eorum, qui diuitiis non gaudent, veritas rei melius & certius explorari potest, quam per eorum attestaciones, qui amplissimae pecuniae domini sunt & magna latifundia possident. Quemadmodum vero saepissime circumstantiae singulares in Iure ad perficiendum negotium aliquid, a natura illius negotii diuersum, postulant; ita quoque accidere potest, ut personae, quae alias ad testificandum habiles sunt, ad dicendum tamen testimonium interdum admitti minime possint. Quo quidem modo etiam fieri potest,

vt



ut interdum testium possessionatorum ratio haberi debeat. Quodsi ad veterum Germanorum instituta respiciamus, semper eos rerum immobilium possessionem seu vti vocatur, *Cespnitalitatem*, ad idoneitatem testium requirebant, & fātem tam locupletes esse debebant, vt mulētam, si peierassent, inferre possent. leg. *Wifigoth.* L. 2. t. 4. §. 3. *Longob.* L. 2. t. 51. §. 13. Cap. 1. §. 2. Nec solidam iis defuisse rationem, cur hoc in testibus requirerent, demonstrat *Perillustris Dreyerus* in *Comment. de Cespnitalitatis requisito in testibus habilibus*. Inter illa Iura, quae adhuc hanc qualitatem in testibus exigunt, nostrum quoque Ius Statutarium referendum est. Differt autem quodammodo Iuris Lubecensis noua dispositio ab illa, quae olim obtinuit. In antiquis enim temporibus etiam Ius Lubecense in designanda testium habilitate sine vila distinctione cespnitalitatem exigebat. Quare ita in vetustissimo a *de Westphalen* edito an. MCCXL. Codice legimus: qui veritatem aliquem probare vel testificari debuerint septa sui domicilii intra munitionem ciuitatis habebunt, & si non habuerint, testificari non possunt. Immo etiam Anno 1448. forum Lubecense testes possessionatos postulasse ostendit *Perillustris Dreyerus* in T. 3. der vermischtten Abhandlungen, p. 1143. Iure autem Lubecensi recentiori illi etiam testes esse possunt, qui bona immobilia non possident, art. 12. L. 1. T. 5. *Ehrliche Bürger besessen*



und unbefessenen koennen Brautschutz bezeugen. Quamuis nunc illud in hoc vnicō tantum casū, in consequentias non trahendo, dispositum esse videatur Mevio in *Comment. ad Ius Lubecense ad art. cit.* Attamen nullib[us] Ius nostrum eos excludit, & quod eorum, qui non sunt possessionati, testimonia in aliis quoque casib[us] admittantur fori nostri obseruantia fat abunde docet. Minime vero nouissima Iuris nostri reuisione omnis testium possessionatorum praerogatiua sublata est, sed expresse Iure nouiori confirmatur. art. 2. L. 2. T. 1. in fin. Koente man aber eilends die Raths-Persohnen nicht haben, so koennen zwene besessene Bürger ein solch Testament bezeugen &c. Etsi Steinius P. 3. §. 552. P. 4. §. 190. hoc parum hodie in Iudicio attendi & LL. in hoc casū tantummodo enunciatiue, non dispositiue, loqui putet, ego tamen nullam inuenio rationem, cur non hodie aut ob maiorem securitatem aut ob interesse aliquod priuatum interdum quoque possessionatorum testium potior ratio haberri posset. Et quum Statuta nostra expresse id confirmint, distinctionem a Steinio allegatam omni plane fundamento destitutam esse credo. Quatenus vero hodie huius cespitalitatis ratio habeatur vel haberri possit debeatque explicavit Perillystris Dreyerus in *Comment. cit.*

### §. V.

VNICAM adhuc ventilabo quaestionem & quidem



dem frequentissimam, nimirum: quousque hodie in disquirenda testium habilitate sexus ratio habenda? Quae quidem quaestio, quamvis Legibus satis distinetur determinetur: tamen in iudiciis parum animaduertitur. Iurisprudentia enim romana sexum foemineum ibi excludit, vbi solennitatis causa testes requiruntur: ibi vero admittit vbi veritatis causa testes adesse debent. Ac secundum Ius Canonicum foeminae in ciuilibus absolute, in criminalibus vero sub certa tantum restrictione admittuntur. C. 3. & 33. X. de test. conf. *Hannier* in *diss.* cit. c. 2. §. 6. Veteres autem Germani foeminas, tamquam suspectas, a testimonio arcebant. conf. *Heinecc.* *Ius Germ.* L. 3. §. 193. Sed hodie dubium non est, quin in compluribus Germaniae iudiciis tam in ciuilibus quam in criminalibus foeminae ad ferendum testimonium admittantur. conf. *Carpzov Pruct. Crim.* q. 114. n. 39. seq. *Boekmer* in *Obf. ad Carpzov.* cit. qu. obf. 5. Interim tamen nullam plane sexus rationem hodie habendam esse, minime inde euinci potest. Nam saepius Iudicia eiusmodi rerum testimonia exigunt, in quibus aut ob imbecillitatem mentis aut ob aliud impedimentum foeminae ad testificandum minime admitri possunt. Ita quoque & hodie in publica testamenti factione ad sexum respicitur, ita vt in testamento publico sexum foemineum plane non admittamus. Possem adhuc plures addere quaestiones, quae hic mouentur, sed

transeo



transeo illas & id tantummodo moneo, quod & secundum Veterum Germanorum mores & secundum Ius Germanicum hodiernum alii ob aetatem, alii ob statum & conditionem, alii ob viriae turpitudinem, alii ob speratam ex dicto testimonio utilitatem ad testimonium dicendum admitti nequeant. Iure autem Lubecensi in specie excluduntur debitor & creditor art. 6. L. 5. t. 7. qui in causis pecuniariis ante liberatum pignus inuicem testimonia dicere non possunt i. e. *um Geldes und Güter willen.* Quare in criminalibus hic art. locum non habet. Deinde art. 5. domestici seu: *welche an eines Mannes Brod seyn,* in iis, quae de die contigerunt, testificari nequeunt, si quid vero noctu factum, cui praeter domesticos nemo interfuit, hi a praebendo testimonio non repelluntur. Sed & in criminalibus de diurnis delictis domestici testari possunt. Minime quoque art. 15. L. 5. t. 7. illi testimonia dicere possunt, qui consilium in causa praestiterunt, vel consortes sunt, nec debitor fugitiuus in causa Creditorum, art. 19. ibid. Nec denique illi testes citari possunt, qui semel falso testimonium perhibuerunt. art. l. c. Interdum vero testium eorum, qui non absolute habiles putantur, attestatio non plane repellitur, sed quod illius ponderi deest, alio quodam remedio suppleri solet. Quare ad iudicis officium in dijudicanda testium habilitate pertinet, omnes circumspicere circumstantias,  
e qui-



e quibus aliquid pro admittendo vel reiicendo teste deduci potest.

§. VI.

QVAMQVAM vero multum Iudicis arbitrio relictum sit, quantam auctoritatem & quantam fidem testi habere velit, l. 3. D. de test. non tamen putandum est, tanquam Leges ei tribuisse potestatem, ut pro lubitu omnes testes aut possit admittere, aut reiicere; verum quidem omnino est, quod certae, determinatae atque perpetuo valiturae regulae nunquam stabiliri possint, secundum quas testium habilitas dijudicanda veniat, praesertim in illo casu, quo de testibus non plane inhabilibus, sed tantum non omni exceptione maioribus sermo est, conf. *Perillustris Dreyeri Comm. cit. §. 1.* Nec illa vñquam a pluribus DD. regula iudicantibus praescripta: *si veritas aliter haberit nequit, testes etiam, alias inadmissibiles, admittendos esse;* tanquam vniuersalis atque perpetua regula valere potest, quia circumstantiarum, quae hic saepius concurrunt, varietas eiusmodi vniuersali atque generali regulae omnino repugnat. conf. *Reichel de genuina ratione arbitrii Iudicis circa testimonia maxime si veritas aliter haberit nequit.* Quare omnino in dijudicanda testium minus idoneorum habilitate, omnia arbitrio, religioni & circumspectioni Iudicis relicta esse videntur. In quo quidem casu etiam *Hadriani enotis*

C

regu-



regula valet, quam *Callistratus* in L. 3. §. 2. de *Testib.* refert: *Quae argumenta ad quem modum probandae cuique rei sufficient, nullo certo modo satis definiri potest: ficut non semper, ita saepe sine publicis monumentis cuiusque rei veritas deprehenditur: Alias numerus testium, alias dignitas & autoritas, alias veluti consentiens fama confirmat rei, de qua quaeritur, fidem.* Hoc ergo solum tibi describere possum summatim, non utique ad unam probationis speciem cognitionem statim alligari debere, sed ex sententia animi tui te aestimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opinaris. Ex qua quidem regula intelligitur, Iudici competere, nisi verum & plenum probationis argumentum adsit, pro arbitrio suo iudicare quid aut credendum aut parum probatum opinandum sit. Sunt quidem, qui intuitu admissionis quorumuis testium rem omnem Iudicis arbitrio committere maluerint, id quod imprimis plena manu prosecutus est *Leyserus* in sp. 283. *Medit.* ad *Pand.* p. 1161, seq. qui arbitrium Iudicis vnicum totius doctrinae de testibus fundamentum esse asserit, & ex pugna & dissonantia variorum responsorum rerumque in hoc arguento iudicatarum hoc defendere contendit. Sed si rem paulo accuratius consideremus, in omnibus casibus Iudex pro libitu testium fidem diiudicare minime potest, sed tunc tantummodo illa potestas ei videtur adscribenda, si de eiusmodi testibus sermo est, quorum fides aliqua ratione



tione vitio laborat. conf. *Boehmer in Iur. ff. T. de testib. §. 4.* Nec minus iudex eiusmodi testes qui ad testificandum plane inhabiles sunt, ex officio, aduersa etiam parte non petente, repellere potest. Quodsi autem quis tales testes producit, qui aut omnibus istis qualitatibus praediti sunt, quas LL. in testibus omni exceptione maioribus requirunt, aut quibus per exceptionem nihil obici potest, quo fides eorum suspecta reddatur, non ab arbitrio iudicis penderet, utrum fidem quandam illis habere, an eorum attestations reiicere velit; ac ne pro lubitu quidem iudicare potest, quanta fides quantaue probandi vis eiusmodi testibus tribuenda sit; sed potius, ut pro plena probatione eorum assertionem, ceteris paribus, assumat necesse est.

### §. VII.

ADIVNGAM huic disquisitioni illam adhuc quaestionem: an iudici competit potestas coercendi eos, qui ad testificandum protocati sunt, testimonium vero prohibere denegant. Quod omnino ex officio eum facere posse, pariter ac debere, nemo facile negabit. *Hilliger de Iure & modis testem renitentem legitime compellandi.* Nam iniuitus ad testimonium ferendum tam in ciuilibus quam in criminalibus cogi potest L. 20. ff. de testib. c. IX. de test. cog. praeferimus vero in illo casu coactio locum habet, quo testimoni



nii dictio pro munere publico habetur conf. *Farinac.*  
de test. qu. 78. n. 3. *Gail l. 1. obs. 100.* Nec minus  
apud maiores nostros testes, si forte testimonium  
perhibere nollent, a Iudice cogi potuerunt. *Lex Sal.*  
*t. 52. §. 1. 2.* Nonnunquam tamen iusta adest excusatio  
quae a testimonio probando testem releuat.  
Quae quidem *excusatio vel perpetua vel temporalis* esse  
potest. Illa testem sine dubio a testimonio liberat;  
haec vero regulariter non improbabilis & voluntaria,  
sed certa atque necessaria esse debet, si quem a  
testimonii dictione iure liberare vult. Iure Lubecensi  
potestas coercendi testes renitentes certo modo  
limitatur. Nec modo, si perpetua atque necessaria  
excusandi ratio adest, compelli nequeunt, sed etiam  
si voluntariam tantummodo excusationem allegare  
possunt, v. c. si ciuis a concione ad perhibendum te-  
stimonium nominatur, qui interea negotiationis cau-  
sa peregre abire impediendus non est, ita tamen,  
ut post redditum iterum produci & examinari possit.  
art. 10. L. 5. t. 7. Wenn ein Bürger seiner Mit-Bür-  
ger einen zum Zeugen fürstellen will, so mag er der Zeuge  
derentwegen seiner Nahrung nachzuziehen nicht ver-  
hindert werden, sondern hat der Producent denselben in  
seiner Wiederkunft gleichwohl fürzustellen. conf. *Stryckii*  
*Ius Lubecens.* ad methodum *Instit.* subiunctis *Iur. Comm.*  
*differentiis item Mevius ad h. art.* Quare ex omni cau-  
sa, nisi malitiosa sit, nostrum Ius excusationem testis  
approbat.

§. VIII.



## §. VIII.

QVIBVS praemissis & suppositis nunc ad prae-  
cipua dissertationis meae capita peruenio. Quam-  
obrem primo de ipsa testium adhibitione, deinde de  
modo probandi per testes differam. Quodsi autem  
per testes probatio instituitur, non a probaturo seu  
producente pendet, an vnum aut plures testes velit  
producere; sed si plenam probationem per testes in-  
stituere animus ipsi est, duorum testium, & quidem  
omni excepcione maiorum, testimonia regulariter  
vt adhibeat, saltem communis DD. sententia requi-  
rit. Omnino quidem Iura in determinando testium  
numero quam maxime differunt. Etenim quando-  
que Ius ciuale & feudale: quandoque Ius canonicum  
plures desiderat, L. 18. C. de *test.* II 57. C. 23. X. de  
*testib.* Immo apud veteres Germanos fidem non fa-  
ciebant testes duo, sed aliquando tres, aliquando  
plures, pro causarum diuersitate producendi erant.  
Quinimo in quibusdam LLbus, vt in *Spec. Sax.*, in-  
terdum septuaginta duo requiruntur. conf. *Lex Bai-  
no* t. 2. cap. 1. §. 2. *Longob.* L. 2. t. 21. §. 28. *Ius Prou.*  
*Sax.* L. 2. art. 22. *Spec. Sax.* L. 2. art. 22. L. 1. art. 6.  
8. 68. L. 3. art. 39. Hodie vero duos testes ad ple-  
nam probationem sufficere, & communis DD. sen-  
tentia, & quotidiana praxis testatur. conf. *Hammer*  
*diff. cit.* cap. 3. §. 1. Ac negari non potest, ex duo-  
rum

C 3



rum testimonio veritatem longe facilius & certius elici posse, quam ex vnius. Quare non peccat, sed & laudem meretur Iudex, si ex tali testimonio reum vel condemnnet, vel absoluat. Immo peccare illum tunc puto, si sine iusta causa & temere vni testi credit, praesertim in re graui, vel vbi plures testes facile haberri possunt.

### §. IX.


SED, quanta fides vnius testis elogio tribuenda sit? iam dudum magna inter DD. fuit disceptatio. Quodsi autem rem accurate considero huic litii facili negotio finem imponi posse persuasum mihi est. Leges quidem, si ad illas redimus, vni testi plenam probandi vim minime addicunt, sed potius, vt testimonium vnius hominis reiiciatur, volunt. Quod & iure ciuili & canonico obtinet. L. 9. C. de *test.* C. 23. X. de *test.* Imo secundum Ius canonicum vnuis testis plenam fidem non facit quantaecunque etiam sit auctoritatis. C. 28. X. de *test.* Veteres etiam Germanorum non modo vnius testimonio plenam probandi vim, sed etiam omnem fidem atque omnem auctoritatem detrahunt, quia vnuis facilius decipi, corrupti aut mentiri potest, quam plures. Vnde illud: *Vnus testis Nullus testis: Ein Zeug kein Zeug.* Ideoque apud maiores nostros sancitum erat, vt vnius testimonium non recipiatur, nec ad vnius attestatum vllus

Ius condemnatur. *Capitul. L. 6. §. 40.* Quare si Legum dispositiones sequi volumus, vnuis testis plane non attendendus erit. Interim has Leges iam a Doctribus limitatas inuenimus. conf. *Hornii diss. de probatōne plena per vnum testēm.* Nec vlla adest ratio, cur vni testi si omni exceptione maior est, credendum non sit. Praesertim si secundum rectam rationis viam hanc rem perpendimus, quippe quae nihil praecise determinat & praecipit circa numerum testium, nec testimonium vnius fide digni testis vlo modo reiicit. Nam saepius dignitas, excellentia & fides personae vel rei natura & leuitas causae, ob quam credibile non sit, testem mendacium commissurum esse, vel necessitas, vt vnius testis elogio fidem habeamus, postulat. Accedit, quod, regulam de duobus testibus Legibus quidem praescriptam haud immutabilem esse, exinde liqueat, quoniam non in omnibus negotiis duorum testium asserta sufficiunt, sed quandoque ad negotii validitatem plures requiruntur, ideoque a dicta regula in excessu ab ipsis legibus receditur. Nec vero minus in defectu etiam illa regula limitatur, ita vt & vnuis testis saepius fidem faciat. Ideoque a maiorum nostrorum instituto hodie recedimus, nec vetus illa paroemia: *Ein Zeug kein Zeug*, magis locum habet, conf. *Amsel disp. vulgato dicto Vnus testis nullus testis opposita.* A teste autem unico distingendum est testis singularis. Nam vbi ad est



est testium singularitas ibi non unus testis inuenitur, sed plures adfunt, qui vero non idem deponunt, sed qui aut ob ingeniorum singularitatem, aut ob naturalem dissentendi facilitatem, aut ob aliam causam, in vna eademque causa, diuersa pariter atque singularia testimonia exhibent. conf. *Caroc. de teste singulari* §. 13. 14. Ac negandum non est, saepissime graues adesse causas, ob quas, sine magna iniuria, vnius testimonium rejici non possit. Quamobrem variis modis regula de uno teste nullo teste limitari debet. Quas quidem limitationes inter alios optime explicauit *Hert. L. 1. Paroem. Germ. Paroem. 60.* Quae vero omnia eo redeunt ut praecipue vni testi fides habenda sit: 1) si in potestate vel munere publico constitutus, aut ipse Iudex, vel princeps sit; 2) si testis de facto proprio deponat, accendentibus aliis administriculis, veluti: in possessionis actu seu vbi agitur in summarissimo iudicio; 3) si conuenerit inter partes, ut vnius testimonio stetur. 4) Si defunctus voluerit, ut vnius testimonio nitantur omnia, 5) si de nullo testis damno vel commodo agatur. Attamen saepius circumstantias plures adhuc gignere posse limitationes istius regulae, equidem non negabo. Nam & hic valent verba *Iuliani* in l. 10. D. de legibus. *Neque leges, neque Sctā ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoque incident comprobendantur.*

§. X.



## §. X.

QVODSI igitur etiam vnius testis elogium susque deque habendum non sit, alia quaestio exsurgit: utrum vnuis testis plenam probationem conficiat, an aliud potius remedium accedere debeat, quo vnius assertum plenam probationem constituat? Et saepius vnius testis elogium, sine alio probandi remedio accedente, plenam facere fidem inter omnes constat. Nam aut ob qualitatem causae, aut denique ob voluntatem partium vni testi plena fides tribuitur, & quidem ita, vt nullo probationis supplemento indigeat conf. Horn, *de probatione plena per unum testem, Hartung de teste unico*. Quod vero & secundum nostra statuta vni testi credendum praesertim ob qualitatem personae, infra explicabo, vbi de Senatoris testimonii dictione agendi locus occurret. Illud autem praecipue ad valorem vnici testis requiriatur, vt sit omni exceptione maior, ac ne minima quidem in eum cadat suspicio. Nam si quid ei obici potest, quo fides eius quodammodo suspecta redditur, non quidem plane repellitur, sed plene saltem non probat. Itaque haec tenus, nisi plane inhabilis sit, eius assertio valet, vt pro circumstantiarum varietate aut iuramento suppletorio aut purgatorio locus detur. Germanos olim huncce procedendi modum ignorasse verisimile est, quum ad vnius testimonium neminem condemnauerint. Certe, iuramentum

D

sup-




suppletorium apud eos vnu non venisse, res est industria. conf. Heinecc. cit. loc. L. 3. §. 144. At quamuis etiam nostrum Ius Lubecense illud nullibi agnoscat, in foro tamen apud nos eius vsum deprehendimus. De quo infra vltior differendi occasio se offeret. Hoc interim admonendi sumus, in regula secundum nostra statuta ad plenam probationem duos testes requiri: quod ex variis locis, in quibus de probatione per testes aliquid disponitur, quam luculentissime patet. Nec vero minus interdum etiam vnicum testimoniū admittunt, si ita comparatus est, vt nihil ei obiici possit, quo fides eius debilitatur.

### §. XI.

ANTEQVAM vltorius progredior, quaedam dicenda esse reor, quando & in quibus causis adhibito testium vel solennitatis vel futurae probationis causa locum habeat. Nam ob duplēm istum finem testes adhibentur. In omnibus autem casibus non solum solennitatis, sed & simul probationis causa testes exigimus. Hic vero generatim notandum est, in omnibus fere causis & actionibus, tam realibus quam personalibus, testes adhiberi posse: Quod non solum Iure romano: sed & Germanico, & fere omnibus Iuribus obtinet. Imprimis autem Germani veteres & ii, quibuscum illis vna eademque origo erat, praesentiam testium in omnibus fere nego-  
tiis



tis desiderabant. Quare etiam ad celebrandum contractum testes apud eos necessarios fuisse nouimus. Quod quidem praecipue in contractu emtionis venditionis praeualuisse, patet ex Leg. Ripuar. Tit. 59. de Vendit. §. 1. Leg. Baiuvar. t. 15. §. 2. Imo Iure Anglo Saxonico & Sueo Gothico nullam rerum mobilium emtionem celebrari potuisse nisi adhibitis testibus docet Perilluſtris Dreyer in Differ. I. R. & Germ. in arrbis emtion. Igitur Noſtrates, rudes fere literarum, plurima ac fere omnia paſta in ſcri- ptis celebraſunt atque hoc licet ad futuram probatio- nem contractus iamiam ſufficere potuiffet, nihilominus tamen, quo facilior & tutior eſſet probatio ce- lebrati contractus, inſuper etiam testes exigebant. Cessat quidem hodie illa veterum dispositio, inter- rim quaedam veſtigia reliquife videtur. Nam ex vetuiffima hacce diſpoſitione ratio certe petenda eſt, quare iam in ſponsalibus testes interuenire de- beant. Erat enim contractus ſponsalitus olim nihil aliud, quam contractus emtionis venditionis, nimirum ſponsus vel a parente vel a tutoribus ſponsam emebat, & ut emtio eſſet eo perfeſtior, arrham quoque praebebat. Et quod magis iſtud corrobo- rat, adeo in lingua Gothica ſponsalia Brautkiop i. e. Brautkauf appellantur. Sed vterius illud diſqui- re, haud neceſſarium eſſe opinor. Hodie testium adhibitio non minus frequens eſt, & quamuis in plu-



ribus negotiis testibus vt non prohibitum sit, in quibusdam tamen casibus, vt testes ad sint non modo leges permittunt, sed expressè exigunt. Quod præsertim in ultimis voluntatibus obtinere quotidie cernimus,

## XII.

NOSTRA etiam statuta, si spectamus, fere in omnibus causis tam ciuilibus quam criminalibus testium adhibitionem non prohibent. Quoad criminales generatim tantummodo moneo, quod in delictis tam atrocioribus, quam leuioribus, Ius nostrum statutarium & ad conuincendum reum & ad probandam eius innocentiam testibus vt permittat. Quod patet præcipe ex art. 2. 4. 9. L. 4. t. 8. Quamuis autem fere in omnibus articulis, qui hac de re aliquid disponunt, probatio per testes & quidem mares *mit zweyen unbeschuldenen Mannen* requiratur, in foro tamen si marium attestatio deficit, foeminae quoque admittuntur. Sed quod causas ciuiles attinet, in quibus nostro Iure præsentia testium requiritur, inter illas testamenti factio referenda est. Maiores nostros omnia fere negotia non inter priuatos parientes sed potius in publicis iudiciis peregisse, fugit neminem. Quare olim pleraque testamenta in Germania publica erant seu iudiciali auctoritate confiencia conf. Senckenberg de *testamenti publici origine & solemnitatibus*

etndt

extrim-

extrinsecis Goettingae 1736. Kopp Specimen iur.  
germ. priu. de testamentis Germanorum iudicibus,  
& sub dio conditis, vulgo: *ungehabt und ungehabt &c.*  
Francof. 1736. Non solum vero nostrates publicas  
testamentorum factiones priuatis praetulerunt, sed  
etiam adhuc quibusdam in locis coram magistrati-  
bus, aut coram deputatis a Senatu testamenta con-  
fici debent. Id vero aliter non obtinet, quam si cla-  
ra existat Legis statutariae dispositio. Nam ea defi-  
ciente ius commune sequimur. conf. de Selchow Inst.  
Iurisprud. Germ. Lib. IV. §. 418. Ex veteri autem  
Germanorum dispositione ratio omnino reddenda  
est cur etiam nostrae LL. statutariae publica testa-  
menta priuatis praeferant, & in condendo quodam  
testamento duorum senatorum praesentiam exegerint,  
art. 2. L. II. T. I. *Wenn jemand ein mündlich Testa-  
ment, nuncupatiuum genannt, machen will, der soll es  
tbun in Gegenwärtigkeit zweier Rathmann, und wenn  
er solches macht an seinem wohlgewonnenen Gute, so  
ist es beständig, als wenn er ein Testament in scriptis  
gemacht haette.* Viderur quidem hoc tantummodo  
de testamento nuncupatiuo valere; sed & in illo,  
quod scriptura conficitur, testamento statutorum  
nostrorum conditores idem voluisse affirmat: art. 4.  
L. 2. t. I. *Ist ein Mann kranck und ordnet sein Testament  
und übergiebt dasselbe den Rathmannen, welche  
es auch wie gebräuchlich empfangen, conf. Stein P. 2.*

D 3

§. 98.



§. 98. Quamobrem testamenta Lubecensium, aut vti art. 8. L. 2. t. 1. vocatur *ein Testament nach Ordnung Lübschen Rechts* sive sint nuncupatiua sive scripta coram personis iudicialibus condi debent. Minime vero ideo testamenti factio in sensu Iuris communis & adhibitis Romanis solennibus apud nos prohibita censenda est, sed frequentissimum potius illius apud nos usum esse obseruantia docet. Quem vero ob finem Leges absolute in conficiendo testamento aut personarum publicarum aut aliarum praefentiam requirunt, ego quidem arbitror, sine dubio illud non modo solennitatis sed etiam futurae probationis causa simul fieri, idque ex ipsa huius actus natura inferri posse. Quare quaedam personae tanquam testes, in posterum de vera certaque voluntate defuncti testimonium perhibentes, in actu testamenti factio adsint, necessario requiritur. Quod vero in testamento priuato regulariter septem testes exigantur magis solennitatis, quam probationis causa fieri mihi quidem viderur. Nam duo testes ad plenam probationem regulariter sufficiunt C. 5. C. 10. X. de testib. ideoque in ultimis voluntatibus plures solennitatis gratia desiderantur, cum alias, testamentum rite confectum esse, duorum testium elogio probari queat. conf. Hammer in diff. cit. c. 3. §. 1.

### §. XIII.

IVS vero Lubecense praefentiam duorum senarum

torum



torum in testamenti factione non solum solennitatis  
sed etiam futurae probationis causa requirere exinde  
quoque elucet, quod vel vnius Senatoris testimonio  
tantam auctoritatem tantamque probandi vim tribuat,  
quae nulla in re Iure ciuili vni testi adscribitur, art. 3.  
L. 1. t. 1. *Wenn Raths-Persohnen bey Sachen, Handeln, und  
Testamenten gewesen, davon einer oder mehr bis auf ei-  
nen verstorben seyn würden, so soll der überbliebenen Zeug-  
niß so viel gelten als sonst ihrer zweyer.* Cuius Sta-  
tuti rationem *Meius in Comment. ad I. L. adhunc art.*  
omnino recte exponit, quia nimurum in eiusmodi  
persona, tanquam commissario, totus Senatus repre-  
sentatur, ideoque non ob reuerentiam, quae tali per-  
sonae debetur, sed ob auctoritatem totius Senatus  
tanta probandi vis tantaque fides illi tribuitur. Nam  
vni Senatori tantam auctoritatem Leges nostrae non  
addicunt, si tanquam persona priuata negotio cui-  
dam adeat; sed si maioris probationis causa adhiberi  
vult, ut a Senatu ad id deputetur, necesse est. Patet  
hoc ex ipso arr. cit. *Welches dahin zu verstehen, wenn  
sie von dem Rathe dazu verordnet &c.* Quare eius-  
modi persona ob qualitatem, quae per commissio-  
nem, ab amplissimo Senatu ei oblatam, illi tribuitur,  
tantam meretur auctoritatem. Quod si nunc nego-  
tium quoddam in praesentia eiusmodi personae con-  
fectum est, nemo illud valide impugnare potest.  
Quod verba finalia art. cit. corroborant: *und was  
also*




also verhandelt, dabey soll es stet und fest bleiben. Etenim acta, quae tali modo celebrantur, Iudicialium vim habent, a quibus fraudis atque simulationis omnisque laesioris suspicio aliena est. *Carpzon.* *Respons.* *Electoral.* 54. l. 5.

#### §. XIV.

SINGVLARIS quoque iuris nostri dispositio adiungi meretur, quae ab iis, qui hereditatem defuncti acquirere volunt, singularem proximitatis probationem exigit, seu: *Dass sie sich die nechsten dazu zeugen lassen.* Quod quidem non modo in illo casu, quo de herede non satis constat, seu potius in successione ab intestato, sed etiam tunc, quando luce clarissim patet, qui sint defuncti successores, eiusmodi probationem fori nostri obseruantia desiderat. Imprimis vero in successione ab intestato illa proximitatis probatio, seu, vti vocatur, das Nechst-Zeugen locum habet. Statuta nostra ita loquuntur: L. 2. t. 2. art. 14. *Stirbet jemand ohne kindige Erben, sein nachgelassen Gut soll man dem Rath überantworten zu bewahren Jahr und Tag, würde sich aber binnen Jahr und Tag niemand angeben, noch wie recht dazu zeugen lassen, so ist das Erb-Gut dem Ratke anheimgefallen.* Similiter intuitu Legatariorum disponunt art. 9. L. 2. T. 1. *Gibt jemand seinen nechsten Erben ein Legatum doch mit dem Bescheid, dass Sie sich die Nechsten dazu zeugen lassen sollen,*

len, so müßten sie dem also nachkommen und sich in gebührender Zeit binnen Jahr und Tag, von dem Tage anzurechnen, auf welchen der Testator verstorben, zu desselben nachgelassenen Güter die Nachsten zeugen lassen. Quamvis ad hanc probationem instituendam alia quoque probandi remedia adhiberi posse non negauerim, tamen si stricte horum statutorum verba interpretamur, Ius nostrum probationem per testes in illo casu praecipue requirere videtur, & quod etiam ista probatio saepissime, ac fere semper per testes peragatur, vsus fori satis comprobatur. Interim optandum omnino esset, quod ad hancce probationem instituendum alia probandi media adhiberentur; praesertim instrumenta publica, quibus legitima matrimonia, tempora nativitatis aliaque momenta genealogica demonstrari solent; quoniam non sine magno nominis diuini abusu illa probatio testibus peragitur, qui plerumque ex insima plebecula colliguntur, ut Cajum defuneti proximum heredem iurent, quem talem omnes norunt. Et quamvis, in casu testis falsi producunt, & producentem & testes puniebant esse Ius nostrum statut art. 32. l. 2. t. 2. Würde sich jemand zum Erben faelschlich zeugen lassen, sollen sowohl der sich zeugen läßt, als die Zeugen in die Straffe gefallen seyn, certissime tamen nulla in re plura falla atque inutilia testimonia perhibentur. Obseruantur etiam multa solennia intuitu Iurisurandi, quod testes in hocce casu



casu praefant, quae omnia latius exposuit *Cocceius* in *Dic.* ad L. 2. t. 2. *Iuris Lubecensis* cap. 7. Sed quoad personas, quae in illa proximitatis probatione testes esse possunt, notandum erit, duos etiam fratres in illo casu ad testimonium ferendum recte admitti, repelli vero, si spem futurae successionis habeant. conf. *Stein* P. 4. §. 199.

### §. XV.

SICVTI vero totus ille probandi modus valde singularis est, ita quoque terminus, qui huic probationi praefigitur, singularitatem sapit. Nam intra regularem Iuris nostri praescriptionis terminum i. e. intra annum & diem illa proximitatis probatio instituenda est; cum Iure ciuili eiusmodi occupationi & praesertim Legati petitioni 30. anni praescripti sunt. L. 3. C. de praescript. 30. l. 40. ann. conf. *Meinius* ad I. L. P. 2. t. 1. art. 9. An ratio introduci iuris in eo quaerenda, quod neglecta illa proximitatis probatione & in successione & in legati petitione bona vacantia reipublicae cedant, minime disquiram. Hoc solum annotare placet, ius illud, hereditatem aut legatum, elapo termino probatorio, ut bona vacantia occupandi, solummodo ciuitati Lubecensi, qua imperiali, competere, non vero ciuitatibus mediatis, iure Lubecensi instruetis: siquidem omnino falsum est, has ad usum eorum argumentorum vocare, quae sunt superio-


perioritatis & regalium; in quorum censum ius occupandi bona vacantia venire notum est, imo notissimum. vide Engelbrecht de his quae sunt superioritatis territorialis in iure Lubecensi, & ex instituto Perilluftris Dreyeris in Schediasmate, cui index: rechtliches Bedenken, ob die mit dem Lübschen Recht bewidmete Landstaedte die erblöse Güter ihrer verstorbenen Bürger nach dem art. 14. tit. 2. l. 11. zu sich zu nehmen und zu erfreuen haben. Kiel 1753. Illustr. Georg. Ludou. Boehmerus in progr. de iure fisci ciuitatibus mediatis vi concessi iuris Lubecensis non competente. Goetting. 1757.

## §. XVI.

POSSENT adhuc plures addi casus, in quibus Ius nostrum Lubecense non modo probationem per testes non recusat, sed adeo expressis verbis exigit. Attamen quum dissertationis limites excederem, insuperque illa materia peculiarem meretur disquisitionem, consulto illos omitto, & hoc tantum modo moneo, quod in nullis fere causis probationi per testes Ius nostrum refrageret. Interim singularis ea nostri Iuris dispositio est, vi cuius ibi quoque probationem seu potius reprobationem per testes instituere permittit, vbi Iure civili illa adhiberi minime potest. Nimirum quoad exceptiones, quae contra ea nomina, quae paratam habent executionem, obiiciuntur, Ius Lubecense reo concedit, vt probationem exce-

E 2

ptio-



ptionum per testes instituat, art. 7. L. 5. t. 7. Wenn einer überzeugt, daß er schuldig ist, der muß bezahlen, es wäre denn, daß er durch Gegen-Zeugen oder sonstigen die solution, und daß der Sachen in ander Wege abgeholfen, beweisen könne. Quod tamen, vti Meuius adh. art. recte monuit, ita intelligendum omnino est, vt intra illum terminum, qui a Judice in mandato de soluendo determinatus est, sine longa litis dilatione testes examinentur: nec aliter quam si ex eorum dictis veritas statim pateat, executio suspenderetur. Alia enim ratione auctor grauiter laedetur. Quodsi autem debitum confessione coram Sententiā facta & subsecuta inscriptione in librum publicum liquidum sit, atque sententia, mediante qua debitor condemnatur, rei iudicatae vires facta, nec non in sententiarum librum redacta, est nullae contrariae attestations iure nostro amplius admittuntur. Quamobrem cauetur art. 2. L. 5. t. 6. Wenn Schuld vor dem Rath bekannt oder sonstigen überwiesen, condamniert und zu Buche gebracht wird, darüber wird ferner kein Zeugniß zugelassen. Ceterum dubio caret, iure ciuili probationem per testes ad liquidas probationes non pertinere, ideoque illo iure probationi exceptionem per testes in processu executiuo, qui probationem liquidam exposcit, locum non esse dandum. conf. Leyserus Sp. 513. m. 8.

### §. XVII.



## §. XVII.

PERTRACTATIS iis quae de ipsa probatione per testes differenda ratus sum, nunc ad huius probationis modum declarandum progredi placet. Neutquam vero totius huius Processus delineationem suppeditare animus mihi est, sed id tantummodo agam, vt praecipue ista huius probandi modi capita explicem, in quibus Ius nostrum a dispositione Iuris communis, saltim quodammodo, recedere mihi videtur. Antequam probatio suscipi potest, sententia Iudicis interlocutoria requiritur, vt eluceat, quinam litigantium ad probationem instituendam obligatus sit. Eadem fere disposicio apud veteres Germanos viguit. Nam et si olim partes disceptantes ad probationem exhibendam sese offerre solebant, readuersarii iuramento se posset purgare, & ut omnia eo breuius expedirentur, non tamen vnicce arbitrio litigantium relictum erat, quando probationem in Iudicio vellent suscipere, sed potius Iudicem interrogare debebant, an liceret probationem instituere, nec ne? Qua interrogatione facta Iudex interloquebatur. Vnde apud maiores nostros usum interloquitionum iamiam fuisse frequentissimum intelligimus. conf. Heinecc. *Ius Germ.* L. 3. §. 265. Quare hoc quoque tempore non pro lubitu probationem ambire licet, sed prius saltem in causis ordinariis sententia Iudicis interloquitoria exspectanda est, id est, ut Iudex

E 3

prae-



praeuia cognitione pronunciet, quanam pars & quodnam litis punctum probari debeat. Quod quidem plerumque his verbis fieri solet: *Dass Klaeger den Grund seiner Klage, und so viel ihm daran verneinet, innerhalb der gewoehnlichen Frist wie recht zu erweisen schuldig.* Ius canonicum in hoc casu veteres Germanorum mores adoptauit, quoniam ante probationem Iudicis interloquitionem requirit c. 9. X. de probat. Nec magis hodie in dubium vocatur, quin reo, sed actori probatio iniungatur, reprobatio autem, quam quidem Ius romanum ignorat, reo salua maneat. Quare formulae cit. adiicitur *mit Vorbehalt des dem Beklagten gebuhrenden Gegen-Beweises in gleichmaessiger Frist.* Quin imo ne opus quidem est, ut reo haec reprobatio reserueretur, cum ipso Iure illi competat, nec sine iniuria adimi possit. conf. Brunnemann Proces. civil. cap. 18. n. 12. Itaque in regula actori probatio incumbit. Quod etiam nostrum Ius Lubecense agnoscit. Disponit enim art. 18. *Will Klaeger nach des Beklagten Todt seine Schuld beweisen, so kann er dazu durch Zeugen glaubwürdige Briefe und Siegel, Stadt-Bücher oder seinem Eid gelassen werden, daß ihm der Beklagte schuldig gewesen und noch.*

### §. XVIII.

SICVTI ergo in omnibus probationum generibus antea Iudicis sententia interloquitoria exspectanda est, ita quoque, si quis, probationem per testes institue-

stituere vult, etiam productionem testium illa prae-  
cedere debet. Ceterum in hac interloquutoria sen-  
tentia etiam tempus, intra quod probatio exhibenda  
sit, seu ut vocatur terminus probatorius, regulariter  
determinari solet. Tempus autem productionis Te-  
stium Iure communi arbitrarium est. Quum vero  
eo admodum differantur, Ius nostrum illud certum  
esse voluit, ideoque pro distantia locorum & quali-  
tate personarum illud determinat; art. 9. L. 5. t. 7.  
*Will jemand Zeugen für Gericht führen und die Zeugen  
seyn binnen Landes, so hat er dazu Dilation 14. Tage,  
seynd sie außerhalb Landes, so hat er Zeit 6. Wochen 3.  
Tage, seyn sie aber über See und Sand, so ist die Zeit die-  
selbigen fürzubringen Jahr und Tag.* Es maere denn,  
daß ihm auf alle Faelle mehr Zeit noethig, die soll er ge-  
richtlich bitten, welche ihm nach Gelegenheit zu - oder  
aberkannt werden soll. E quibus simul pater etiam sta-  
tuta nostra illi prorogationem praefituti temporis  
concedere, qui eam ex iusta causa & debito tempore  
impetrare contendit. Non solum vero nostro Iure  
tempus istud definitum est, si Iudex in sententia inter-  
loquutoria istud determinat, sed etiam tunc, quan-  
do in interloquutione nulla termini mentio facta est.  
conf. *decreturn Amplissimi Senatus de Anno 1733. d.*  
*4. Decemb.* Et quum saepius de eo certari soleat,  
quomodo terminus probatorius currat seu currere  
incipiat. Id quoque apud nos per *decreturn Senatus*  
de



*de Anno 1754. d. 19. Octbr.* ita decisum est, vt non a tempore rei iudicatae, sed a tempore publicationis sententiae interloquitoriae terminus probationis currere incipiat. Ideoque nisi intra hocc temporis spatium prorogatio impetretur, nec legitimae excusandi causae adsint, probatio pro deserta habetur.

### § XIX.

IN ipsa vero testium productione notandi sunt actus quidam praecedentes & ipse actus, quo testes producuntur. Inter illos actus, qui productionem praecedunt, imprimis eius, cui probatio iniuncta est, seu Producentis, officium est, articulos probatoriales Iudici offerre, & quidem annexa testium nominatione & directorio, vt eluceat, qui testes citandi sint. Interdum quoque petitum adiicitur, vt citentur testes & is contra quem producuntur, quem Producentum nominare solent. Sed quoad denominationem Ius Lubecens. a lure communi plane recedit. Nam huius dispositionem, si spectes, omnes testes denominare vna vice non necesse est, sed secunda tertia & quarta vice, immo usque ad conclusionem in causa produci queunt. conf. *Engau Element. Iur. can L. 4. t. 14. §. 165.* Quum vero Ius nostrum ab omnibus litis ambagibus abhorreat, etiam a producente exigit, vt omnes testes vna vice denominet, §. 1. L. 5. t. 7. *Wer Zeugen für Gericht führen will, der soll*

*Soll sie alle auf einmal nahmhaftig machen. Quam quidem dispositionem iam in Cancellariae Lubecensis a. MCCXL. vetustissimo Iuris nostri Codice, a b. Dn. de Westphalen tenebris erupto, intuenimus: So waren Manier tüghe nouet vor Richter den trew wert eme de tüghe en del upgedreven, he mag der anderen wol geneten de he oc genomet hevet, und de de eme nicht upgedreven, ne sint uppe dat he dat mit ordelen beware, he schal se aver to einer tit nomen alle.* Attamen quam laudabile hocce Statutum nunquam stricte observatum sit, hoc iterum per novum *Magnifici atque amplissimi Senatus decretum de A. 1750. d. 6. Febr. corroboratum*, & producenti sub ea tantummodo conditione postea testes quoque denominandi potestas relieta est, si antea eos illi notos minime fuisse iuramento affirmet. Quae laudatissima dispositio, quantum utilitatis litigantibus afferat, non satis exprimi potest. Interim tamen illum etiam casum excipendum esse putarem, si eorum testimoniū, quos producens nominauit, quidam ante examen mortuus sit. Tunc enim in locum testis demortui alium substituere poterit, praesertim si demortuus testis habilis fuerit, & ad testificandum cogi potuerit, conf. Berger Oecon. Iuris L. 4. t. 24. §. 15. n. 7.

### §. XX.

ARTICVLI autem probatoriales, quos Produ-  
F cens



cens exhibuit, aduersae parti ad formanda interrogatoria communicandi sunt. Sed interrogatoria illa non pro lubitu componere nec eiusmodi res immiscere aduersario licet, quibus causa magis obscura, quam certa redditur. Nam si inepte concepta sint, Iudex statim illa reiicere potest. Quare ita comparata esse debent, vt ad veritatis rei indagationem quidquam conferant, & vt ex iis deduci aliquid possit, quo fides testimiorum aut destruatur aut magis corroboretur. Verum autem fundamentum, quo fides testimiorum nititur, quum in probitate & integritate vitae consistat, ea tantummodo interrogatoria Iudex admittere potest, quae ab hocce fundamento derivantur: illa vero omnia debet reiicere, quorum fundamentum in externis qualitatibus personarum testimiorum constituitur. Nam testimoniis potest esse fide dignus, etiamsi vulgo pro suspecto habeatur, atque vice versa suspectus potest esse, etiamsi ratione istarum qualitatum, quae vulgo desiderantur, pro fide digno habeatur. Adhibebantur olim etiam in nostro foro Lubecensi permulta interrogatoria, quae omni plane fundamento destituta erant. Ita enim inter generalia ista interrogatoria hoc quoque ineptissimum referendum est: *Ob Zeuge sich auch mit dem Producenten und Produkten in Gevatterschaft befindet?* Cuius quidem rationem Ius Canonicum nobis praebet, quod spirituale in hoc casu fingit cognationem, ideo-

ideoque personis, tali vinculo coniunctis, testimoniī dictionem erga se inuicem interdicit. Quum vero huius instituti ratio apud nos exulet, interrogatorium illud, cognatione spirituali fundatum, apud nos locum sibi vindicare nequit. Nec minus ineptum putatur interrogatorium: *Ob Zeuge Producten oder Producenten mit Blutfreundschaft oder Schwaegerschafft vermandt sey?* Nam cum totum hocce negotium positum sit in vita & moribus ipsius testis, in hoc vero si nihil desideratur, quaenam allegari possit ratio, cur non eiusmodi persona, cum producente aut producto vel consanguinitate vel adfinitate coniuncta, testis fide dignus habendus sit, equidem non video. conf. *Stryckius in diff. de ineptis interrogatoriis.*

### §. XXI.

IPSIVS nunc iudicis officium est: testes denominatos citare. Qui si in loco, vbi lis geritur, adsint, iusto tempore in iudicio comparere tenentur. Quod si autem sub iudice testes quidam domicilium non habeant; illorum Magistratus requirendus ut de articulis & interrogatoriis eos examinet, vel vbi ita receptum est; petit Iudex ab altero, vt testibus iniungat, vt se coram requirente sistant. conf. *Struv. Iurisprud. Rom. Germ. L. 4. t. II. §. 19.* Nec vero minus partes litigantes ipsae a Iudice citari debent. Si veterem procedendi modum adspicimus, moris erat,

F 2

vt



ut producens sine praevia citatione, testes in iudicium dederet. Hodie vero & testes & ipse producens non ante in iudicium veniunt, quam iudex terminum productionis praestituit. Finis autem, ob quem etiam producens in termino adesse debet, is est, ut testes iuuare videat. Praeprimis vero is, contra quem testes producuntur, seu productus, citandus est, & quidem ex hac ratione, ut exhibeat interrogatoria, quibus testium habilitatem & fidem impugnare studet. Ex quo praesentiam ipsius Producti in termino maxime necessariam esse intelligimus. Nam alias, si productus non adparet, interim tamen, eum rite atque legitime citatum esse, constat, producens eo facilius per testium attestata finem suae probationis obtinere potest: ac productus nisi legitimas habeat excusandi causas, condemnatur.

### §. XXII.

NVNC ad ipsum productionis actum peruenio. Termino igitur adparente, altera pars producit testes, altera vero, si velit, interrogatoria exhibet. Nam cum quilibet iuri suo renunciare possit, etiam non absolute necessarium est, ut productus formet interrogatoria, sed si, per illa testium habilitatem infringi pariter atque debilitari, minime credit, melius est ab omnibus interrogatoris abstinere. Prius autem



autem quam iudex ad examen testium progreditur,  
testes iurare tenentur. Hic vero non possum non  
in quasdam inquirere controversias, quae intuitu iu-  
ramenti testimonialis saepissime enascuntur. Praeci-  
pue illa quaestio paucis ventilanda est: an iuramen-  
tum sit de essentia testimonii an non? Permulti qui-  
dem Doctores illud affirmarunt, vti *Mascard.* de pro-  
bat. Vol. 3. concl. 1362. n. 3. *Gail* L. 1. obs. 101.  
*Brunnem.* de proceſſ. civil. c. 20. n. 53. *Baldus* in L. 8.  
C. de *teſt.* Quam sententiam ideo fouent, quia non  
interueniente iuramento formae testificationis aliquid  
deeffet. Sed quid forma? si ipsa tantummodo testifi-  
cacio ita comparata est, vt ex illa veritas rei dubiae  
hauriri possit. Ac si iuramentum ad formam essen-  
tialem testimonii requireretur, quomodo tunc testi-  
bus remitti posset? Essentialia enim sunt immutabi-  
lia, nec a partium arbitrio dependent. Quod iura-  
menti autem remissio quam saepissime occurrat atque  
ex iusta causa fieri possit, communis Doctorum senten-  
tia approbat. Nonne ergo vera adeſt contradicſio,  
si iuramentum tanquam partem essentialiem testimo-  
nii venditare & tamen illud salvo testimonio remitti  
posse, statuere quis vult? conf. *Kaefner* de *teſtimoniis iniuratis.* Leges igitur iuramentum a testibus  
quidem exigunt, ſed non tanquam partem testimonii  
essentialiem & absolute necessariam, ſed ad maiorem  
fidem testimonio conciliandam id desiderant. Pugnat  
certe



certe haec iurandi necessitas cum qualitatibus eiusmodi personarum, quae singulari gaudent dignitate aut ipsi principes sunt; pugnat cum reuerentia illis debita; pugnat denique cum ipso iudicis officio, quia illis plena fides tribuenda est, etiam si assertum suum nullo iuramento corroborent. Quare saepe eiusmodi in facto obtueneri possunt circumstantiae, ut sine manifesta iniuritate testimonium iniuratum reiici nequeat. conf. *Leyser* sp. 288. m. 8. Non solum vero in ciuilibus, sed & in criminalibus, saltem leuioribus iniurata testificatio admitti & plenam fidem mereri potest. Nec minus testimonium scriptum, quod ut plurimum iniuratum est, quamvis illi plures Doctores omnem fidem adimant, conf. *Mascard de probat.* in *pref.* qu. 5. n. 11. concl. 460. n. 3. *Meuius* P. 5. decif. 12. in variis casibus admittitur, eique fides tribuitur. conf. *Stryck diff. de testimonio iniurato* c. 3. §. 10. c. 4. §. 3. seq. Ex his, testimonium iniuratum non plane inusitatum esse, ideoque iuramentum non ad essentiam testimonii pertinere, satis superque patet.

### §. XXIII.

QVAMVIS vero cum priscis Germanorum moribus atque institutis etiam haec iurandi necessitas pugnet, cum teste *Tacito* l. 14. *Annal.* c. 54. nulli mortalium armis aut fide ante Germanos fuerint, ideoque



que apud eos in primis temporibus talia iuramenta testium cognita fuisse probabile haud sit; attamen in illa simplicitate & fide non permanserunt, sed pedetentim antiqua illa fides languere coepit. Quare etiam nostrates iam antiquis temporibus iuramentum a testibus exigere consueuerant. *Lex Wisig.* L. 2. t. 4. §. 2. *Lex Baiuuar.* t. 16. c. 5. *Capitul.* L. VII. §. 207. &c. Eadem autem dispositio etiam nostro, quo viuimus, tempore obtinet, ita, vt in regula testes jurare tenentur. De quo quidem nostrum Ius Lubecense ita disponit art. 11. L. 5. t. 7. *Es soll kein Zeuge, wes Standes der sey, ohne Eid zugelassen, noch ihm einiger Glaube zugefertlet werden. Es vvaere denn, daß sich des Zeugen Eides der Producent begeben, sonsten soll er dessen vor dem Richter keinesvveges erlassen vverden.* Nostro igitur Iure non nisi consensu partium iuramenti testimonialis remissio fieri potest. Minime ergo Iudex proprio motu testibus iusjurandum remittere valet, quoniam alias vnum disceptantium grauiter laederetur. Quodsi autem res ardua sit vel agatur de praeiudicio publico iuramentum nunquam remitti solet. De quo quidem casu Statuta nostra singulararem dispositionem exhibent art. 3. L. 4. t. 16. *Wenn ein Mann einen Vorsatz bezeugen soll, als nemlich, daß einer vorher gedraeuet, und darauf die Handthat folget, es sey im Rath oder außerhalb, der soll einen leiblichen Eid schwören, daß ihm solches vvißend sey, und man soll ihn des Eides keimesvveges erlassen.*

## §. XXIV



### §. XXIV.

**IURAMENTVM** testium regulariter in iudicio, vbi iudex causam cognoscit, praestandum est, nisi conditio & qualitas testis aliud suadeat: utpote si aegrotus aut alia adsit causa quae testem in iudicium venire impedit. Sed utrum testes ante examen vel finito illo iuramentum praestare debeant? a cuiuscunque fori obseruantia pendet. Apud nos regulariter ante examen testes iurejurando obstringi, usus fori docet. Quoad ipsum examen generatim notandum est, hoc peragi posse, vel coram ipso Iudice vel commissariis, & quidem ita, ut testes, remotis partibus, & ad articulos & ad interrogatoria examinantur. Quod vero examen remotis partibus fiat, id ad essentiam huius procedendi modi nequit quam pertinere mihi videtur. Hoc interim certum est, olim testium examen partibus praesentibus peractum esse Horn in *diff. de probat. per testes caute instituenda.* §. 16.

### §. XXV.

HAC occasione silentio praeteruehenda non est, intricata illa quaestio: an testes mediante iuramento a Notario ita possint examinari, ut eorum attestata plena fidem in iudicio faciant? In qua controversia decidenda ante omnia videndum erit, utrum Notario iurisdictio quaedam competit. Nam examen testium pro actu iurisdictionis recte habetur. Quod iurisdictio-



ditionem voluntariam spectat, eam Notario certo modo tribuendam esse negari nullo modo potest. Quod ex fine, ob quem talis persona publica auctoritate constituta est, deducitur. Nam alias parum vel nihil expediret, si ne actus quidem voluntariae iurisdictionis possit exercere; ideoque Notarii nomen vix tueri posset. Aliter vero res se habet, si de iurisdictione contentiofa sermo est, quae illi minime vindicanda erit. conf. Ziegler de *Iur. maiest.* L. 1. c. 26. §. 8. Quum igitur examen testium actus non voluntariae, sed contentiosae iurisdictionis sit, regulariter non coram Notario, sed coram iudice instituendum id esse, per se intelligitur. Et licet Notarius saepe testes examinet, illud tamen non mediante iuramento sit, sed attestata sua tantummodo coram illo, ut loquimur, summatim deponunt. Quodsi autem partes litigantes examen testium Notario committunt, illud non solum rite atque legitime peragere, sed etiam efficere potest, vt testes attestata sua iuramento corroborent. Nam & litigantibus permisum est, totius causae decisionem homini priuato, tanquam arbitro, committere. L. 1. ff. de *recept.* & qui *arbitr. recep.* Idcirco examen testium tali modo à Notario peractum non modo in se validum est, sed & in ipso iudicio plenam fidem meretur. conf. Ludouici *diff. de Notario testes examinante* §. 31. Quando igitur non adest partium consensus, aut alia ratio, quae Notario



rio examen testium mediante iuramento instituere permittit, istud eo effectu peragere nequit, vt testimonia data atque iurata plenam in iudicio habeant fidem. Interdum vero aut ab ipso Principe aut a Iudice Notarii mediante iuramento testes examinandi potestas conceditur. Atque hoc casu depositionem testium plenam fidem in ipso iudicio facere, nemo negare audebit. Nam tunc eiusmodi iurisdictionis actum non tanquam nudi Notarii, sed auctoritate & nomine vel Iudicis vel ipsius Principis exercent. Ex quibus liquet, Notarios regulariter testes mediante iuramento examinare minime posse, nisi aut iussus iudicis aut consensus partium hancce facultatem illis tribuat, aut necessitas quaedam adsit, vti in causa possessionis momentaneae. In quo quidem casu Notarium etiam interueniente iurejurando testes examinare posse, omnino existimo. Quod ad nostrum attinet fori obseruantiam testes quidem coram Notario testimonia deponere possunt: attamen vt in ipso Iudicio illa iuramento confirment, necesse est. Nam si quoque Notarii iusjurandum a testibus exigifcent, eiusmodi tamen iurata testimonia non maioris ponderis quam iniurata testimonia in iudicio forent. Quum ergo iuramentum testimoniale coram Notario praefitum in nostro foro non attendatur neque ullam vim habeat, etiam in decretis *amplissimi Senatus Lubecens.* t. 6. inf. Notarii interdicuntur, testes summam

tim



tim examinaturi, iuramentum ab iis exigere, verbis:  
Dafs kein Notarius hinkünftig bey summarischer Abhoe-  
rung der Zeugen den gewöhnlichen Zeugen - Eid ab-  
schwören lassen solle, damit des Misbrauch des Namens  
Gottes verkütet werde. Wornach sich die Notarii zu  
achten. Ita decretum in Senatu d. 6. Febr. 1756.

§. XXVI.


QVAESTIO vtrum examen testium interdum  
repetendum sit, nec ne? omnino adfirmatiue de-  
cidenda esse mihi videtur. Quod quidem, nisi testes  
ad perpetuam rei memoriam examinati sint, semper  
ex iustis causis fieri potest. Nimirum aut quia forma  
quodammodo neglecta fuit v. c. si pars vel produc-  
tens, vel producta, vel ipsi denique testes non legi-  
time citati sunt, aut quia vel ex persona, vel dicto  
testis iusta & probabilis causa obtinet, examinis re-  
petitionem expetere possumus. conf. Schoepfer de  
reputendo testium examine.

§. XXVII.

QVO melius vero prolata testium attestata ad  
veritatem inquirendam & ad decisionem causae con-

G 2

tro-



trouersae efficiendam adhiberi possint, illa, examine  
rite atque legitime peracto, in scripturam, quam ro-  
tulum nominant, rediguntur, ita, ut dicta testium  
publicorum quasi documentorum vim accipient.  
Quo facto omnes reliqui huius probandi modi actus,  
sicuti Iure communi, via ordinaria expediuntur. Ni-  
mirum rotulus ad instantiam producentis publicatur,  
ut quid & quatenus probatum sit, eluceat. Qua fa-  
cta publicatione super iisdem aut directo contrariis  
articulis nulli testes, nequidem in appellationis instan-  
tia, produci queunt. Nou. 90. c. 4. 17. 46. X, de testi-  
bus clem. 2. eod. Quamquam vero ante publicatio-  
nem attestationum producens Iure communi testes  
adhuc producere possit, nostro tamen iure id non  
licere ex iis, quae supra disputauimus patet, quia  
scilicet ab initio probationis omnes testes una vice  
denominandi sunt.

### §. XXVIII.

DENIQVE attestationum disputatio sequitur.  
In qua is, contra quem probatio suscepta est, vel  
quoad formam vel quoad personas testium vel quoad  
corum

eorum dicta probationem impugnare satagit. Quod si autem probaturus per testes, quoꝝ produxit, ea non probauerit quae probanda erant, Iure Lubecensi, si stricte illud interpretari volumus, causa cadit. Nam ita Ius nostrum statuit art. 16. L. 5. t. 7. *Wer mit seinen angegebenen Zeugen die Sache, vvarum er sie vorstelle, nicht vvie recht, oder genugsam beweiset, der ist derselben Sache faellig.* E quibus quam clarissime patet, nostrum Ius Statutarium iuriurandum suppletorium plane non agnoscere. Attamen quum probationes non restringi sed potius extendi debeant, etiam in nostro foro Lubecensi iuramentum illud suppletorium ad adiuuandam probationem introductum est. Effectus igitur probationis per testes etiam nostro Iure Lubecensi non modo in condemnatione aut absolutione rei vel actoris constitit; sed etiam modo iuramentum suppletorium, modo purgatorium illam probationem, si imperfetta est, sequitur. Vtrum vero hoc an illud vni litigantium imponendum sit, iudicis prudentiae relinquitur, qui ex circumstantiarum varietate hoc diiu-



dicare debet. Haec sunt, quae de probatione per testes, praecipue ad Ius Lubecense respiciens, expōnere constitui. Quae quidem B. L. vt bene accipias, atque si quid humani inuenies, pro humanitate dijudices rogo. Tibi autem D. T. O. M. gratias ago quam maximas, quod his meis conaminibus annueris benignissime. Adsis mihi quoque in posterum

Tuo auxilio supplex oro atque  
obtestor.



*Corrigenda.*

pag. 9. lin. 7. pro testis leg. testes pag. 21. lin. 14. post II.  
infere F. pag. ead. lin. 19. & 20. pro *Baino* leg. *Baiuu*.



V  
D  
18

**ULB Halle**  
007 662 947

3





P. 8. num. 35.  
1764, 1  
6

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS  
DE

EO QVOD  
CIRCA PROBATIONEM  
PER TESTES  
IVRE STATVTARIO  
LVBECENSI  
IVSTVM EST

ILLVSTRIS QVAM  
IVRIS CONSVLTORVM ORDINIS  
CONSENSV

PRO  
SVMMIS IN IVRE HONORIBVS  
RITE IMPETRANDIS  
IN AUDITORIO SOLENNI

D. MAII CICICCLXIV.  
PUBLICO PROCERVM ACADEMIAE  
EXAMINI SVBIICIT

GOTTLOB HERMANN  
FVRSTENAV  
LVBECENSIS.

GISSAE,  
APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN.

KONFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALIE